

CASPARI BERGMANO  
Pædagogiarchæ solertissimo.

**D**ignus eras meliore loco, Bergmane, sed istud  
Seu forte an livor seu tibi Fata negant.  
Maçte tamen teneram solitum formare juvætam,  
Quodq; facis nostras perge beare domos.  
Sic quos in sese ad majora evexit honorum,  
Debebunt patriæ, sed patriâ ipsa tibi.

---

MARTINO TSCHERNINGO  
præceptori charissimo.

**T**scherninge è cujus ductu, ut scis, primitus hausi  
Quicquid in infantum corda cadit bibula,  
Sæpe tuos mecum admirans perpendo labores,  
Qua celeri ingenium duxeris arte meum,  
Seu tuus iste labor, nostra aut solertia causa est,  
Ut labor iste tuus causa, ut & ipsa mea est,  
Quicquid sit pro quo meritum sibi nota supellex  
Non dare quit, pietas nostra dat una tibi.

---

EROTOPÆGNIUM SCHE-  
DIASTICUM.

**M**iror Virgilium dulces neglexe puellas,  
Fors conscium sibi male,

Et lu-